



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Adveniat regnum tuum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

ficent nomen tuum sanctum & gloriosum in sacula.
Dan. 3.

3. Pater sancte, abyſſe omnis ſanctitatis, da
ut tuâ gratiâ prior ego ſanctificem me ipſum, &
mei ſanctificati ſint in veritate. Joan. 17. Et qui
juſti ſunt, juſtificentur adhuc, & qui ſancti ſunt,
ſanctificentur adhuc. Apoc. 22.

Adveniat regnum tuum.

1. **R**ex Regum & Domine Dominantium,
rogo; ut quos dedisti mihi, tu ipse re-
gas eos, & extollas illos usque in aeternum. Hymn.
SS. Ambros. & August.

2. Reges gentium dominantur eorum, & qui
potestatem habent super eos, benefici vocantur.
Luc. 22. Non ita erit inter nos. Rectorem me
posuerunt, nolo extolli, sed cum gratia tua ero
quasi unus ex eis. Eccli 32. Non dominans in po-
pulo, sed quasi forma gregis factus ex animo. 1.
Petr. 5.

3. Tuum unius regnum veniat super me ac
meos. Luc. 1. Tibi serviatur ab omnibus nobis
in ſanctitate & iuſtitia coram te omnibus diebus
vitæ noſtræ; quia tibi uni ſervire regnare eſt.
Ut tandem, ubi tu eſ in regno tuo, mei ſint me-
cum, & videamus claritatem tuam, & quam de-
diſti unigenito tuo. Joan. 17.

Fiat voluntas tua.

1. **E**cce Domine populus tuus iſte elongavit ſu-
giens. Pl. 54. & mansit in conſilio iuſto-
rum & congregatione. Pl. 110. Ut faceret volun-
tatem